ОШИБКА В НУМЕРАЦИИ
NUMBERING ERROR

to ad solvendum succubito, Summaq ipsa principali non soluta solvere Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Stanislaus Roguski sive eius successores. Ad Instantiam praefatae Gnosae Zophiae Karabanowna Gnosi olim Andreae Karaban cum Gnosa Anna Kasiczka Consorte eius procreatae filiae Consortis et Creditricis sub veleuis posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliensis, ex tunc recepsu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesens illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes, Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictionem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Castrensis Capitanei Praemysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes, aceanim prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia, quouis simplicibus, vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello, Conuentione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alioquouis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad Acta praesentia mediante.

eorundem mutua Aduitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan: 1646
Praemysliensibus Gnosus Stanislaus Roguski olim Gnosi Andreae Roguski cum Gnosa Christina de Iutroszyn Consorte eius procreatus filius ab vna et Zophia Karabanowna Gnosi olim Andreae Karaban cum Gnosa Anna Kasiczka Consorte eius legitima procreata filia ab altera parte Conjuges legitimi sanis mentibus et corporibus existentes, à Iure distinctibus

Quibus

Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen: rede~~ndo~~ presenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet. Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice ac per expressa verba recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Vita ipsi et Quidem Consors cum eiusdem Mariti sui vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et vtroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sibi mutuo et inuicem vna pars alteri, omnium generaliter bonorum suorum, mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumq pecuniariarum quarumuis, necnon auri, argenti, clenodiorum Vnionum, Margaretarum, Vestium, Vestimentorum, item Stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equiream ac totius supellectilis domesticae, in quacunq forma et materia existen: nunc habiti et in post haben: mutuam Aduitalitatem et vsumfructum, ad extrema vitae vtriusq eorum tempora, tantummodo et non vltra inscripserunt, concesserunt et assignauerunt, prout inscribunt, concedunt, et assignant presen: tali videlicet modo et conditione. Quod si prius praefatum Generosum Stanislaum Roguski maritum, quam ipsam Generosam Zophiam Karabonowna Consortem ipsius mori et de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Generosa Zophia Karabonowna Consors sua bona suprascripta omnia et summas pecuniarias morte praedicti Mariti sui derelicta, cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate, Competentiaq et praerogatiua quauis, omnibusq et singulis eorundem vtilitatibus et vsufructibus, tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice vti fruetur, ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero praefatae Generosae Consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiecta morte praedicti Mariti sui derelicta ad successores praenominati Mariti sui, sine quouis impedimento et contradictione Successorum praedictae Consortis suae totaliter et plenarie deuoluentur. Similiter quoq si prius

praefatam

præfatam Gnosam Zophiam Karabonowna Consortem suam; quam ipsum Gnosum Stanislaum Rogulski Maritum suum mori contigerit, extunc illa maritus bona suprascripta generaliter omnia morte felicis Consortis sui derelinquenda cum omni Iure Dominio et proprietate, tenebit habebit et possidebit illisq[ue] quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora utifruetur. Post mortem vero et de hac Luce decessum eiusdem mariti sui extunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos, sine quovis impedimento et contradictione successorum mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia mediantibus.

Zarembianka seu Goiszewska Tymieniecka Quietat. 1046

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Præmyslien[sibus] Gnosa Constantia Zarebianka, Gnosi olim Alberti Zareba cum Gnosa Anna de Slozyce Consorte eius procreata filia, Gnosi vero Martini de Goiszewice Goiszewski Consortis legitima cum mediis Mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et [illegible] ad infrascripta recognoscenda Consensu Sana mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa Gnosam Constantiam de Leszczyny primum olim Gnosi Francisci Gumieniecki, secundarum Gnosi Francisci de Zmigrod Stadnicki, de præsenti vero Tertiam nuptarum Gnosi Alexandri Zareba Tymieniecki Pincernæ Sandien[sis] Consortem legitimam et ipsius Successores, De Summa Duorum Millium florenorum Polonicalium ex summa Originali sex Millium florenorum Polonicalium